



assessores receptus fuit. In eo loco ipse etiamnum manet, atq; ob uarias animi & corporis uirtutes ab omnibus bonis agnoscitur. Scripsit is quoq; Oden ad Deum pro pacificando Christiani orbis statu. item librum Miscellaneorum, cum alijs, quibus ingenij uires aliquomodo declarauit. Anon.

Cyprianus apud Frisios natus & educatus fuit anno circiter 1515. Is cum prima literarum fundamenta in patria iecisset, sese Vuitebergam contulit, atq; omnibus generis artibus et Poëtices studio diligentem operam nauauit. In primis uero legibus incubuit, & iura sibi familiaria reddidit. Par ratione & reliquas hinc inde Academias uisitauit, & passim magnam sibi eruditionem comparauit. hinc factum ut Legum Doctor creatus fuerit. Inde Moguntiam peruenit, & in eo loco Iuris professor constitutus fuit. Cum ibi feliciter pergeret, atq; Theorica & Practica exercitia sequeretur, ad Imperij Cameram Spiram uocatus, & inter Iudicij